

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia y
cum uariis

Quinta: per quam michi continendi deinceps et emendacius uiuendi prestitisti uirtutem ne recidium paterer, et esset nouissimus error peior priore. Postquam in hiis quinque miserationibus a malo liberaueris, in duabus aliis bona largiris. Hee due sunt gracia promerendi, quam uidelicet munus bone conuersationis indulges, et spes optinendi qua donas homini indigno et peccatori de tua tociens experta bonitate usque ad celestia speranda presumere.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Misericordia y] Misericordia z P V¹, Misericordia t (5) V² L¹ L²; largiris] largiaris M;
promerendi] promouendi P V¹ V² L¹ L²; quam] qua P V¹ V² L¹ L²; quam uidelicet] *om.* C;
optinendi] obtinendi? V²; qua] quas M